



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Caput XVII. Exhortatio ad Fratres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

piat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat, metuendus imponat: & quamvis utrumque sit necessarium, tamen à vobis plus amari appetat, quam timeri, semper cogitans, DEO pro vobis red-ditum esse rationem. Unde vos magis obediendo, non solum vestri, sed etiam ipsius miseremini, qui inter vos quanto in loco est superiori, tanto in periculo majori versatur.

Divus Franciscus in sua Regula Cap. 10. de Prælatorum humilitate ita docet: Fratres, qui sunt ministri & servi aliorum, fratres visitent &c. Et infra: Ministri tantam familiaritatem habeant erga Fratres, ut dicere possint eum & facere, sicut Do-

mini servus. Quia (ut ibi Expositores, & præcipue Divus Bonaventura adnotarunt) Prælati dicuntur ministri in spiritualibus, & servi in temporalibus. Et Hugo Dinensis in eadem Regula: In nomine Ministri (ait) humilis, in nomine servi utilitas ostenditur. Nam ministri debent esse servi, non Domini fratrum; ministerium quidem, non dominium habentes: quia utilitate, & ministerio servare, & ministrare debent. Et ideo Ministri & servi vocantur. Luc. 22. Qui major est vestrum, erit minister vester: nam Prælati tam humilitate, quam vite imitatione, Christo debent esse conformes, qui Matth. 20. ait, Filium hominum non venit ministrari, sed ministrare.

CAPUT XVII.

Exhortatio ad Fratres.

TEXTVS.

August. in Reg. 23. Vos quoque (ceteri Fratres) Priorem vestrum honorate humiliter, Christum potius cogitantes, quam ipsum: qui posuit ipsum super capita vestra: & Ecclesiarum Præpositus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ut non veniat in iudicium de contemptu, sed de obedientia mereamini vitam æternam mercedem. Et optimè in 3. part. Regula Societatis Jesu Cap. 1. n. 23. & Reg. Monachorum Cap. 1. & Monachorum c. 6. & præcipue 8.

GLOSSA V.

Quomodo & hic jam subditos provocat ad honorem debentem Prælati exhibendum. Honoratur quomodo, autem dupliciter Prælati à subditis. Primo, si eum ex corde & affectu diligant. Secundo, si ei reverentiam & obedientiam præstent. Que duæ tunc convenienter fiunt, quando in Prælato potius Christi personam, quam hominis considerantur: & sic eum de honore, tum etiam de obedientia mercedem habebunt. Vid. Ant. mot. nost. Similem exhortationem in Regula Augustini invenies, dum Cap. 23. inquit: Præposito tan-

quam Patri obediatur, multò magis Presbytero, qui Antonii omnium vestrum curam gerit. Benedictus Cap. in hoc c. 72. DEUM imitant, Abbatem suum sincera & humiliter charitate diligant, Christo omnino nihil præponant. Hæc Benedictus.

In hac igitur ultima Regulæ parte Albertus hanc considerationem circa Prælatos, ut in i. his Christum intuemur, tanquam potissimam atque præstantissimam, in hunc locum rejecit, ut firmius nostris mentibus semper inhaeret. JESU MARIA, & Francisci à S. Elia insignes in hunc Reg. textum Discurs. & Commentar.



JESU
Spir.
II
III
IV

decenter in
nen egressa,
us inaniter
deficit publi-
i, quando-
i pulchra ro-
gregum. In
ideat, otis
nisi que
mum per-
bra silenti
omni actu
lumine
idum quæ
esturi uoc.
ayit in me
veritas pi-
i revolve-
s valent,
a, cepat,
ccitudine
o affidua
almodia-
enti spi-
ntendat.
ne quo
d vivat.
hriftum
um affi-
adeno
ntopere
mittam
m, qui
entum,
ma fi-
sem-
lio:
vo-
ad. modu
mit, Fran-
sic Commu
ita. hoc di-
pro Cap. qd
esse de hoc
de- argum-
esse to cogit
er. sissime
differant
tis
rt,
n.
m
-
i-
ig